



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum soli Deo sit sacrificium offerendum? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

tebat vt significaretur quasi sacrificium offerens.
Ad tertium dicendum, quod significare conceptus suos, est homini naturale: sed determinatio signorum est secundum humanum placitum.

ARTIC. II.

459

i. 2. q. 102
a. 3. co. Et
2. q. 48.
a. 3. co. Et
3. contra
c. 120 col.
2. fin. Et
Pf. 28 co.
2. Et Ro.
1. la. 7. fi.

Vtrum soli Deo fit sacrificium offerendum?

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod non soli summo Deo fit sacrificium offerendum. Cum enim sacrificium Deo offerri debeat, videtur quod omnibus illis fit sacrificium offerendum, qui diuinitatis consortes fiunt. Sed etiam sancti homines efficiuntur diuinæ naturæ consortes, vt dicitur 2. Petri 1. Vnde & de eis in Psal. 81. dicitur, Ego dixi, Dijs estis. Angeli etiam filij Dei nominantur, vt patet Job 1. Ergo omnibus his debet sacrificium offerri.

¶ 2 Præterea, Quanto aliquis maior est, tanto ei maior honor debet exhiberi. Sed Angeli & sancti sunt multo maiores quibuscumque terrenis Principibus, quibus tamen eorum subditi multo maiorem honorem impendunt, se coram eis prosternentes, & muñera offerentes, quam fit oblatio alicuius animalis, vel rei alterius in sacrificium. Ergo multo magis Angelis, & Sanctis potest sacrificium offerri.

¶ 1 Præterea, Tempia & altaria instituuntur ad sacrificia offerenda. Sed templa, & altaria instituuntur Angelis, & Sanctis. Ergo etiam sacrificia possunt eis offerri.

SED contra est, quod dicitur Exod. 22. Qui immolat dijs, occidetur, præter Domino soli.

Art. præc.

RESPONDEO dicendum, quod sicut dictum * est, oblatio sacrificij fit ad aliquid significandum. Significat autem sacrificium quod offertur exterius, interius spirituale sacrificium, quo anima seipsam offert Deo: secundum illud Psalmistæ, Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Quia sicut supra dictum * est, exteriores actus religionis ad interiores ordinantur. Anima autem se offert Deo in sacrificium, sicut principio suæ creationis, & sicut fini suæ beatificationis.

q. 84. a. 2
c. 9. 81.
ar. 7.

Se-

Secundum autem veram fidem solus Deus est creator animarum nostrarum, ut in primo habitum * est. *q. 118. a.*
 In solo etiam eo animæ nostræ beatitudo consistit, *2*
 ut supra dictum est. Et ideo sicut soli Deo summo *† 1.2. q.2*
 debemus sacrificium spirituale offerre, ita etiam soli *¶ 3. a.8*
 Deo debemus offerre exteriora sacrificia. Sicut etiam orantes atque laudantes ad eum dirigimus significantes voces, cui res ipsas in corde quas significamus, offerimus, ut Augustinus dicit 10. * de Civitate Dei. Hoc etiam videmus in omni republica, ** ca. 19.*
 observari, quod summum rectorem aliquo signo singulari honorant: quod cuicumque alteri deferretur, *paulò 2*
 esset crimen læsæ maiestatis. Et ideo in lege divina *prin. 1.5.*
 statuitur pœna mortis his qui divinum honorem alijs exhibent.

Ad primum ergo dicendum, quod nomen divinitatis communicatur aliquibus non per æqualitatem, sed per participationem: & ideo nec æqualis honor eis debetur.

Ad secundum dicendum, quod in oblatione sacrificij non pensatur pretium occisi pecoris, sed significatio, qua hoc fit in honorem summi rectoris totius Universi. Unde sicut * Augu dicit 10. † de Civit. Dei, Dæmones non cadaverinis nidoribus, sed divinis honoribus gaudent. *li. 20. contra Fauf. c. 21. c. 11.*

Ad tertium dicendum, quod sicut Aug. dicit 8. * de Civit. Dei, Non constituimus Martyribus templa, sacerdotia, sacra, & sacrificia: quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus. Unde sacerdos non dicit, Offero tibi sacrificium Petre, vel Paule: sed Deo de illorum victorijs gratias agimus, & nos ad imitationem eorum exhortamur. *† c. 19. nō procul a fi. 10. 5. * lib 8. c. vlt. i pr. 10. 5.*

ARTIC. III.

Verum oblatio sacrificij sit specialis actus virtutis?

460

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod oblatio sacrificij non sit specialis actus virtutis. Dicit enim August. 10. * de Civit. Dei, Verum sacrificium *cap 6. in prin. 1.5.*